spiritus almam tribuat perhenne gaudium
nobis augeatque longo temporis usu.
Gloria summum resonet parentem gloria
natum parique sanctum spiritum dulci modu
letur ymno omne per evum. Amen.
Cantica dominicas dieb;
Domine miserere nostri te enim
expectavimus esto brachium
nostrum in mane: et salus nostra in tempore
tribulationis. A voce angeli fugierunt
populi: et ab exaltatione tua disperse sunt
gentes. Et congregabuntur spolia
vestra sicut colligitur bruchus velud cum
fosse plene fuerint de eo. Magnifica
tus est dominus quoniam habitavit in ex
celso implevit syon iudicio et iusti
cia et erit fides in temporibus suis. Di
vitie salutis sapiencia et sciencia:

timor domini ipse thesaurus eius Ecce
videntes clamabunt foris angeli pacis:
amare flebunt. Dissipate sunt vie
cessavit transiens per semitam irritum
factum est pactum: proiecit civitates non
reputavit homines. Luxit et elanguit
terra: confusus est lybanus et obsor
duit Et factus est saron sicut deser
tum: et concussa est basan et carmelus
Nunc exurgam dicit dominus: nunc
exaltabor et nunc sublimabor Alia
Audite qui longe cantica
estis que fecerim dicit dominus: et cog
noscite vicini fortitudinem meam.
Contriti sunt in syon peccatores: pos
sedit tremor ypocritas Quis poterit
habitare de vobis cum igne devorante.
aut quis habitabit ex vobis cum

ardoribus sempiternis Qui ambulat
in iusticiis et loquitur veritatem qui pro
icit avariciam ex calumpnia et excu
tit manus suas ab omni munere.
Qui obturat aures suas ne audiat
sanguinem et claudit oculos suos
ne videat malum. Iste in excelsis ha
bitabit munimento saxorum sublimi
tas eius panis ei datus est. aque eius
fideles sunt Regem in decore suo vi
debunt oculi eius cernent terram de
longe cor tuum meditabitur timorem.
Miserere domine alia cantica
plebi tue super quam invocatum
est nomen tuum: et israel quem coequasti
primogenito tuo. Miserere civitati sancti
ficationis tue: ierusalem civitati requiei
tue. Reple syon inenarrabilibus vir

In adventu Dni ana ad cantica. Rabys p̄ocis. 184
Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo misit
Deus filium ~~suum~~ in terras.

tutib; tuis et glā tua ppl'm tuū. Da tes
timoniū q: ab inicio creature tue sunt
et suscita p̄dicaciones quas locuti sūt
in nomine tuo p̄phe p̄ores. Da mer
cedem domine sustinentib; te ut p̄phe
tui fideles inveniantur & exaudi ora
cionē servor tuor. Scdm b̄ndictione
aaron da ppl'o tuo et dirige nos in
viam iusticie. Ut sciant omēs qui
hitant t'ram: quia tu es deus cōspec
tor seclor. In nativitate domini cantica.

Populus qui ambulabat
in tenebris: vidit lucē magnā
habitantib; in regione umbre mor
tis. lux orta est eis. Multiplicasti gen
tem: nō magnificasti leticiam. Leta
buntur coram te sicut qui letantur ī
messe. sicut exultant victores capta

p̄da qn̄ diuidunt spolia. Iugum enī
oneris eius et virgam humeri eius
et sceptrum exactoris eius superasti
sicut in die madian. Quia omnis vio
lenta p̄dacio cū tumultu & vestimētū
mixtū sanguine erit in combustione et
cibus ignis. Paruulus enī natus est
nobis. filius datus ē nob. Et factus
est p̄ncipatus sup humerū eius et vo
cabitur nomē eius admirabilis consi
liarius. Deus fortis pat futuri seculi:
p̄nceps pacis. Multiplicabitur eius
impiū et pacis nō erit finis. Super
soliū dauid et sup regnū eius sedebit
ut confirmet illud: et corroboret in
iudicio et iusticia. Amodo et usq;
in sempitnū zelus domini exercituū
faciet hoc. Alia cantica.

Letare ihrlm et diem festum a
gite omnes qui diligitis eam.
Gaudete gaudio omnes qui lugeba
tis sup eam ut potemini a lacte et sacie
mini ab uberibus consolacionis eius.
Et cum a filiis sanctis alacre epulemini
ab introitu glorie eius. Quia hec dicit
dominus ecce ego declino in eos ut
flumen pacis et ut torrens inundans
glorie gentium. Pueri eorum in humeris
portabuntur: et sup genua consolabuntur.
Quem admodum mater consolatur
filios suos ita et ego consolabor uos
et in ihrlm consolabimini. Et uidebi
tis et gaudebitis et letabitur cor urm
et ossa ura ut herba germinabunt
et comminabitur contumacibus. Ecce dns
ut ignis ueniet et ut tempestas curr

eius reddē in ira vindictam ⁊ vastatio
nem in flamma ignis. In igne enī
celi dn̄s devorabitur omnis terra ⁊ in
gladio eius omnis caro. Alia cantica Ysaie
Urbs fortitudinis nr̄e syon salua
tor ponetur in ea murus ⁊ ante
murabile. Aperite portas et ingredia
tur gens iusta: custodiens veritatem.
Vetus error abiit servabis pacem
quia in te sperauimus. Sperastis in dn̄o
in seculis eternis: in domino deo forti in
perpetuū. Quia incurvabit habitantes in
excelso: civitatem sublimem humiliabit.
Humiliabit eam usque ad terram: detra
het eam usque ad pulverem. Conculca
bit eam pes pauperis gressus ege
norum. Semita iusti recta est: rectus
callis iusti ad ambulandū. Et in se

mita iudiciorum tuorum domine sustinu
imus te nomen tuum: et memoriale tuum in
desiderio anime. Anima mea desidera
uit te in nocte: sed et spiritus meus in
precordijs meis de mane uigilabo ad te.
Cum feceris iudicia tua in terra: iusticiam
discent habitatores orbis. Misereamur
impio et non discet facere iusticiam in terra
sanctorum iniqua gessit et non uidebit
gloriam domini. Domine exaltetur ma
nus tua ut non uideant et confundantur
zelantes populi: et ignis hostes tuos de
uoret. Domine dabis pacem nobis:
omnia enim opera nostra operatus es nobis.
Quis est iste cantica pro resurrectio
qui uenit de edom: nem domini.
tinctis uestibus de bosra. Iste formo
sus in stola sua: gradiens in multitu

dine fortitudinis sue. Ego qui loquor
iusticiam et propugnator sum ad salvan-
dum. Quare rubrum ergo est indumentum
tuum: et vestimentum tuum sicut calcan-
tium in torculari. Torcular calcavi so-
lus: et de gentibus non est vir mecum.
Calcavi eos in furore meo: et concul-
cavi eos in ira mea. Et aspersus est san-
guis eorum super vestimenta mea et omnia
indumenta mea inquinavi. Dies
enim ulcionis in corde meo: annus
retribucionis mee venit. Circumspexi
et non erat auxiliator: quesivi et non
fuit qui adiuvaret. Et salvavit michi
brachium meum: et indignatio mea ip-
sa auxiliata est michi. alia cantica
Venite et revertamur ad dominum
quia ipse cepit et sanabit nos

percutiet et curabit nos. Uiuificabit nos
post duos dies in die tercia suscitabit
nos et uiuemus in conspectu eius
sciemus sequemurque ut cognoscamus
dominum. Quasi diluculum preparatus
est egressus eius et ueniet quasi ym
ber nobis temporaneus et serotinus
terre. Quid faciam tibi effraym quid
faciam tibi iuda misericordia uestra quasi nubes
matutina et quasi ros mane pertran
siens. Propter hoc dolaui in prophetis:
et occidi eos in uerbis oris mei: et iudi
cia mea quasi lux egredientur. Quia
misericordiam uolui et non sacrificium: et sci
entiam dei plus quam holocausta.

Expecta me. alia cantica
dicit dominus in die resurrec
tionis mee in futurum quia iudicium

meū ut congregem gentes ⁊ colligam
regna· Et effundam sup̄ eos ĩ digna
tionem meam: et omnem iram fu
roris mei· In igne enim zeli mei devo
rabit̄ omnis t̄ra· quia tunc reddam
ppl̄is labium electum ut uocent oēs
in nomine domini· et seruiant ei hu
mero uno· Ultra flumina ethyopie
inde supplices mei filij dispsor̄ meor̄
deferēt munus michi· In die illa nō
confunderis sup̄ cunctis adinuentio
nib; tuis quibus p̄uaricata es ĩ me
Quia tunc auferam de medio tui
magniloquos sup̄bie tue et nō ad
icies exaltari amplius in monte
sc̄o meo Et derelinquā in medio tui
ppl̄m pauperem et egenū et sp̄abūt
in nomine domini reliquie israhel·

Non faciet iniquitatē n̄ loquentur
mendacium: et inuenietur ī ore eorꝝ
lingua dolosa Quoniam ipsi pascent et
accubabunt: et non erit qui exter
reat. De aplis et martirib; cantica
Vos sancti domini vocabimini
ministri dei ur̄i Dicetur vobis
fortitudinem gencium comedetis:
et in glā eorꝝ superbietis. Pro confu
sione ur̄a duplici et rubore laudabit
partem eorꝝ Propterea in tra sua du
plicia possidebunt leticia sempiterna
erit eis Quia ego dominus diligēs
iudicium et odio habens rapinam
in holocaustum Et dabo opus eorꝝ
in veritate: et fedus perpetuū feriam eis
Et scietur in gentib; semen eorum
et germen eorꝝ in medio populorꝝ Omēs

eorum qui uiderint eos cognoscent il-
los: quia isti sunt semen cui benedixit
dominus. Alia cantica.

Fulgebunt iusti et tamquam scin-
tille: in arundineto discurrent.
Iudicabunt naciones et dominabun-
tur populis: et regnabit dominus illorum in
perpetuum. Qui confidunt in domino in-
telligent ueritatem: et fideles in di-
lectione acquiescent illi. Quoniam donum et
pax: est electis dei. Alia cantica.

Reddet deus mercedem laborum sancto-
rum suorum: et deducet illos in uia mi-
rabili. Et fuit illis in uelamento di-
ei: et in luce stellarum nocte. Transtu-
lit illos mare rubrum: et transuexit
eos per aquam nimiam. Inimicos
autem illorum dimersit in mare: et ab

altitudine inferorum eduxit eos. Ideo
iusti tulerunt spolia impiorum: et de-
cantaverunt domine nomen sanctum tuum
Et victricem manum tuam: laudave-
runt pariter domine deus noster. *De uno martire*
Beatus vir qui *et de uno confessore.*
in sapientia morabitur et qui
in iusticia meditabitur: et in sensu
cogitabit circumspectione dei. Cibavit
illum pane vite et intellectus: et aqua
sapientie salutaris potavit illum. Et fir-
mabitur in illo et non flectetur et
continebit illum et non confundetur
et exaltabit illum apud proximos suos
Et nomine eterno hereditabit illum
dominus deus noster. *alia cantica*
Benedictus vir qui confidit in
domino: et erit dominus fiducia eius

Et erit tamquam lignum quod planta
tum est secus decursus aquarum quod
ad humorem mittit radices suas et
non timebit cum venerit estus. Et erit fo
lium eius viride et in tempore siccita
tis non erit sollicitatum nec aliquando
desinet facere fructum. alia cantica.

Beatus vir qui inventus est sine
macula et qui post aurum non
abiit: nec speravit in pecunie thesau
ris. Quis est hic et laudabimus eum:
fecit enim mirabilia in vita sua. Qui
probatus est in illo et perfectus inventus
est et erit gloria eterna. Qui potuit trans
gredi et non est transgressus: et facere
mala et non fecit. Ideo stabilita sunt
bona illius in domino: elemosinas
illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. de virginibus

Audite me diuini fructus cantica
et quasi rosa plantata super
riuos aquar fructificate Quasi ly
banus odorem suauitatis habete.
Florete flores quasi lyliū date o
dorem et frondete in graciam et col
laudate canticū: et bndicite dnm ī
opib; suis Date nomini eī mag
nificenciam: et confitemini illi in voce
labior' vror' In canticis labior et
cytharis: et sic dicetis in confessione:
opa domini vniusa bona valde alia
Gaudens gaudebo in dño cantica
et exultabit anima mea ī deo
meo Quia induit me vestimento
salutis et indumento iusticie circū
dedit me Quasi sponsum decoratum
corona et quasi sponsam ornatam

montibus suis. Sicut enim terra profert
germen suum et sicut ortus semen suum
germinat sic dominus deus germina
bit iustitiam et laudem coram univer
sis gentibus. Propter syon non tacebo et
propter ierusalem non quiescam donec egrediatur
ut splendor iustus eius et salvator eius
ut lampas accendatur. Et videbunt
gentes iustum tuum: et cuncti reges
inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen
novum: quod os domini nominavit. Et
eris corona glorie in manu domini et dyade
ma regni in manu dei tui. Alia cant.
Non vocaberis ultra derelicta et terra
tua non vocabitur amplius de
solata. Sed vocabis voluntas mea
in ea: et terra tua inhabitabitur. Quia com
placuit domino in te et terra tua inhabita

bitur. Habitabit enim iuuenis cum uirgine: et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam: et gaudebit super te deus tuus. Super muros tuos ihrlm constitui custodes tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini deum ne taceatis et ne detis silencium ei donec stabiliat et donec ponat ihrlm laudem in terra. Incipit cursus de beata uirgine maria.

Natiuitas dei genitricis. ℣ Aue maria. Domine labia. Inuit. Aue maria. Ps. Venite exul. Ymnus. Quem terra. ℣ Cui luna. ℣ Beata mater munere. ℣ Beata celi nuncio. ℣ Maria mater gratie. ℣ Gloria tibi domine. An. Benedicta tu. Ps. Domine dominus noster. Ps. Celi enarrant. Ps. Domini est terra. ℣